

Aduertencias para

datam ratione cuiusdam controuersie, & certationis ortæ inter Clericos plebanos, ex una parte, & Fratres Prædicatores & Minoreres ex altera, vt colligitur ex eadem Clementina : quæ cum sit sententia diffinitiva & executorialis, minime sub nomine priuilegii contineri, aut comprehendi debet. Et Sextus. 4. in Extravagant. Vices illius. De Tre uga, & pace, dictam Clementinam ius commune vocat, dicens. Per hoc tamen ipsi Fratres Mendicantes non censeant exclusi, quo minus secundum iuris communis, & priuilegiorum eisdem concessorum dispositionem confessiones audire valeant, & pœnitentias iniungere. Quæ verba [iuris dispositionem] ad Clementinam supradictam referuntur, cuius virtute Minoreres, & Prædicatores confessiones secularium audiant. Quid? & Concilium Vienense, & ipse Summus Pontifex Clemens vocat eam Decretalem, vt patet ex verbis ibi, Dudum à Bonifacio octauo predecessor nostro infra scripta dicta Decretali. Et Summus Pontifex Bonifacius vocat eam statutum & ordinationem, vt patet ex eius verbis ibi. Diligenti cum Fratribus nostris deliberatione præhabita super eo
ad ho